



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Joannis Nadasi, è Societate Jesu, Annus Caelestis,  
Jesu Regi, & Mariae Reginae, Sanctorum Omnium Sacer**

Anni Caelestis Dies, & Festa Mobilia

**Nádasi, János**

**Coloniae Ubiorum, 1667**

8 Jan. 6 Idus Jan.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53527](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53527)

in vinum vertisti, obscœnum definit  
monem superâsti.

OMNES SANCTI, &

pag. 44.

*S. MARIA, qua hodierno Sancto Raymundo  
Raymundo apparens, ei de Ordine pro redimendis captivis,  
instituen- consilium suggestisti. Libera me à  
privitate omni; ut ope tuâ, ab aeterno  
carcere liber, sim in libertate filiorum  
Dei!*

8 Jan. 6 Idus Jan.

**B.** Laurenti Justiniane, divini  
moris asceta suavissime; cui  
divina Sapiencia cœleste osculum  
dedit: qui amicum, per mediam  
matorum, & citharœdorum aciem  
ad religiosum asylum, tecum per  
traxisti: cujus precibus Veneti  
steterunt, aliâs peritura: qui mor-  
turus, in lecto molli jacere recusa-  
sti; eò quod Jesus expirâisset in  
Cruce. Ajebas tu, te coram tribu-  
nali Judicis Christi nescire, qui  
aliud agere debeas, utpote merito  
vacuus, nisi ut Christi Crucem  
complectaris: qui denique post  
mortem, ab Angelis musicis hono-  
ratus es: ora pro me, verè vacuo  
meritis; ut vacuitatem meam, in  
die mortis, & judicii impleant in-  
finita

definita merita Crucifixi Judicis mei  
Dei Jesu. Amen.

S. Patiens Ep. S. Joannis Apo-  
stoli chare discipule, qui tibi ab-  
eunti unum è suis dentibus dona-  
vit; & qui hospes in Galliâ, statim  
vernaculo idiomate loqui auditus  
es.

S. Carteri Presb. M. divinâ voce,  
*Ego tecum ero*, è latebris educite; ex-  
cis novaculâ, pedum ac manuum  
unguibus; talis ferro trajectis, suc-  
censâ sartagine, liquato plumbo,  
ignitâ galeâ cruciate, à Christo, &  
Angelis recreate; qui è perfosso la-  
tere aquam, tum sanguinem, deni-  
que animam, edidisti.

S. Wulfine Episc. qui moriens  
cecinisti: *Ecce video calos apertos; &  
JESUM stantem à dextris Dei.*

S. Maximiane, & Juliane, gladio  
perempti.

S. Eugeniane M.

S. Theophile, & Helladi laniati,  
testulis cruciati, igne combusti.

SS. Apollinaris, & Maxime, E-  
piscopi.

S. Severine, Noricorum Apo-  
stole, qui Viennam Austriæ, contra  
famem, & hostem, juvisti; qui, præ-  
dicto mortis tempore, dato ante  
mortem Fratribus osculo, cum ca-  
neretur:

neretur: *Laudate Dominum in Sanctis eius*; ad illa verba: *Omnis spiritus laudet Dominum!* spiritum, ad laudandum æternum Dominum, exhilarasti.

S. Gudila Virgo, quæ lucernam extinctam à dæmone, precibus accendisti.

S. Erharde Ep. qui S. Otiliæ cæcæ natæ, cum illam baptizares lumen à Deo impetrasti.

S. Mauronti, cujus morientis anima, ab Angelis, in cælum ferretur est visa.

S. Luciane M. super quem, caput retruncatum, sabbato, vox in lucerna audita, dicebat: *Euge, bone famulus Luciane; veni, & suscipe coronam olim tibi promissam: quia cum Sancto gratulaberis in celo. Veni, & percipies mansionem gloriae olim tibi paratam cum Angelis.* qui præcisum tuum caput, ad tria milliaria, ductu Angelico, etiam per fluvium, tuis ipsius manibus, ad sepulturæ locum, deportasti; cujus cadaver cælesti odore fragravisset, & visis admirandis quæ patrabas, quingenti Christi adjuncti sunt; cum, in vitâ, triginta hominum millia convertisses.

S. Severine, Septempedanorum Episcopo, Victorini, germani tui

per dæmonem, fœmineas illecebras  
mentitum, lapsi magister ad pœni-  
tentiam : ad cujus mortui festum  
SS. Petrus, Paulus, Stephanus,  
Laurentius, ac Sancti plures, ire  
sunt visi. quo orante, tres superbi  
Religiosi à dæmone sunt correpti.  
Doce me vincere, quicquid malè  
blanditur.

S. Frodoberte, qui audisti Ange-  
los canentes gloriam SSS. Trinita-  
ti : in cujus mortui osse auri grana  
reperta sunt; impetra cordi meo au-  
rum ignitum amoris Dei.

OMNES SANCTI, &c.

pag. 44.

S. MARIA à Principio, qua hodie  
Neapoli celebraris. O Mater illius Dei  
JESU, qui se esse dixit Principium, qui  
et loquor vobis. Doce me scire, & se-  
qui solida axiomata, & principia san-  
ctæ aternitatis, usque ad finem san-  
ctum!

9 Jan. 5 Idus Jan.

SS Juliane M. & Basilissa, con-  
juges Virgines, quorum nu-  
ptiis Jesus, cum candidatis; MA-  
RIA, cum suarum Virginum choro,  
adfuit: ille, cum suis, *Vicisti Juliane,*  
*vicisti!* canentes; ista cum suis ac-  
cinens: